



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Örigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita,
doctrina excutitur, scripta recensentur

Origenes

Rothomagi, 1668

XXI. Vtrum Filium & Spiritum sanctum existimaverit esse creatos,

urn:nbn:de:hbz:466:1-25059

A feratur neque Filium à Spiritu sancto videri posse, neque Spiritum sanctum ab Angelis, neque Angelos ab hominibus, vanam esse sequitur Gaudentij conjecturam. Eodem pertinet quod queritur Hieronymus, cap. 1. ejusdem Epistolæ ad Avit. decrevisse Origenem, Deum Patrem esse lumen incomprehensibile. Anonymus quoque Auctor Apologia pro Origene apud Photium Cod. 117. inter capita criminationum quæ Origeni intentari solebant, tertium illud ponit, (ὅτι) μὴ γινώσκων τὸν πατέρα, ὡς ἑαυτὸς ἑαυτὸν. Filium non cognoscere Patrem, ut se ipse Pater cognoscit. Hujus sane commenti notæ extant Tomo 32. in Iohann. γινώσκου οὐδὲ τὸν πατέρα ὁ υἱός, ἀλλὰ τὸν γνωσκὸν αὐτὸν ὅτι μαζίσω ἀγαθὸν, καὶ ὁ ποῖον αὐτὸν εἶ ὅτι τελεία γινώσκου ἢ γινώσκῃ ὁ υἱός τὸν πατέρα ἰδοῦσα δὲ οὐκ εἶπεν ὅτι καὶ ἑαυτὸν γινώσκων, ἔπειτα καὶ αὐτὸς ἡ μαζίσω ἀγαθὸν εἶπεν ἰδοῦσα δὲ οὐκ εἶπεν ὅτι καὶ αὐτὸν ἰγνωσκῶν.

B Cognitionem qua se cognoscit Filius, cognitione illa qua cognoscit Patrem paulo inferiorem esse definit; quod mox apertius prædicat, dicens τὸν πατέρα θινωειαν εἶ μίλιον τῶν ἐν υἱῷ θινωειαν.

XX. Quæ quamvis asseveranter pronuntiata sint, idem ipse tamen in ipsidem Commentarijs Tomo 1. p. 28. æqualem cognitionem Filij cognitioni Patris videtur statuere, adeo quid sequeretur parum ipsi ratum; fixumque fuit: καὶ δὲ πρὸς ζήτην, inquit, ἡ ἑστὰ ὅτι ποτε ἰγνωσκῶν ὡς τὸν πατέρα καὶ τὸν θεόν, καὶ τὸν πλάστη, καὶ τὴν σοφίαν, καὶ τὴν γινώσκων αὐτὸν, ἑστὰ (ὅτι) ὁ σωτὴρ ἡμεῶν, καὶ φαντασία τῆς θεότητος τὸν πατέρα ἀποφαινήσκει πρὸς τὸν γνωσκόμενον καὶ τὸν πατέρα ἀγνοεῖ δὲ ὡς τὸν υἱὸν ἀγνωσκῶντες ἡμεῖς οὐκ ἔχουσι ταῦτα κατὰ τὴν φύσιν τῆς ἀληθείας τοῦ θεοῦ. Ἐπιστάτον αὐτὸν εἶναι τὴν ἀληθείαν εἶναι τὸν σωτῆρα, καὶ θεωρεῖσθαι ὅτι εἰ ὁ ἀρχαῖος ἔστιν ἡ ἀλήθεια, ἕδον ἀληθῆς ἀγνοεῖ, ἵνα μὴ σαφῆς λέγουσα ἢ ἀλήθεια οὐκ εἶναι γινώσκῃ, καὶ ἐκείνους τὸν ἡμεῶν ἐν μόνῳ τῆς πάσης, ἢ διευκρίνηται πρὸς ὅτι ἔστιν ἀγνωσκόμενον τῆς ἀληθείας θεωρηθείας ἢ τὸν ἡμεῶν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ὄντα.

Addendum censerem & istum de libr. 1. ἀπὸ ἀρχῆν, cap. 3. (quem usurpat cap. 18. Auctor libelli De Deitate & Incarnatione Verbi, ad Ianuarium, qui subiungitur Tomo quarto Augustini) in quo cognitionem Spiritus sancti æqualem esse cognitioni Patris & Filij ostenditur, si non hoc Opus, ut toties monui, in ijs maxime quibus de Trinitate agitur, corruptisset Rufinus. Sic autem conceptus est: Sicut enim de Filio dicitur quia nemo novit Patrem nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare: hæc eadem etiam de Spiritu sancto dicit Apostolus, cum ait: Nobis autem revelavit Deus Spiritum sanctum; Spiritus enim omnia scrutatur, etiam alta Dei. Sed & rursus in Evangelio de divinis & profundioribus Discipulis commemorans Salvator, que nondum capere poterant Discipuli sui, ita ait ad Discipulos: Adhuc multa habeo que vobis edicam, sed non potestis portare modo: cum autem venerit Paracletus, idest Consolator Spiritus sanctus, ille vobis docebit omnia, & commonebit omnia que dixi vobis. Et ita dicendum est, quod sicut Filius qui solus cognoscit Patrem, revelat cui vult, ita Spiritus sanctus qui solus scrutatur etiam alta Dei, revelat cui vult: Spiritus enim ubi vult, spirat. Neque enim putandum est quod etiam Spiritus Filio revelante cognoscit: si enim revelante Filio cognoscit Patrem Spiritus sanctus, ergo ex ignorantia ad scientiam venit: quod utique & impium pariter & stultum est, Spiritum sanctum confiteri, & ignorantiam ei adscribere. Si ullam Spiritui sancto ignorantiam adscribendam esse Origenes negat, æqualem omnino scientiam ipsi tribuit ac Patri & Filio; nec major enim excogitari potest scientia, quam quæ nulla penitus ignorantia caligine permixta est.

XXI. Filium Dei pro re creata ab Origene habitum fuisse ac prædicatum, quæ Ariariorum & Anomæorum impia fuit & damnosa opinio, verba hæc persuadere possunt, quæ de libr. 4. ἀπὸ ἀρχῆν adducit Iustinianus in Epistola ad Menam: ἔπειτα ὁ υἱὸς ἐκ θεοῦ γεννημένος τὸν πατέρα ἡμεῶν θεός, ὅς ἐστιν εἷς καὶ ὁ θεὸς τῶν πατέρων, καὶ ἀπαύλασμα τῆς θεότητος αὐτοῦ, καὶ ἀπαύλασμα τῆς ἀποστολῆς αὐτοῦ, ἀπὸ τῆς φύσεως αὐτοῦ, σοφία. αὐτὸν γὰρ ἡ σοφία θεοῦ. ὁ θεὸς ἐκείνός μὴ ἀγνοεῖ ὁ δὲ αὐτὸν εἰς ἔργα αὐτοῦ. & ista ex eodem libro: ὅτι μὴ πάντες ὅτι ποτε ἀπὸ τῶν πατέρων καὶ θεῶν τῶν ἁλῶν ἡμεῶν ἔστιν, ἐκ τῆς αὐτῆς ἀνολουθείας ἀειδόμεθα necnon & hæc, quæ ex ipsius Commentario in Psalmum 1. profert Epiphanius: ἀξιοῦμεν πίνωμεν, ἐπιμνήσκωμεν καὶ ἡμεῖς τοῦ ἁγίου (ἡμεῖς) ἐπιφ. Her. καὶ μάστιγι νόστις γενομένης θεοπρόσεκτον, ὅπως τῆς πάσης τῆς ἁλῶν θεοῦ ἀπὸ τῶν πατέρων καὶ ἀρχαῖων 64. cap. 7. ἡμεῶν τοῦ θεοῦ θεωρηθείας ἀποδοῦναι ἡμῖν ἀπὸ τῶν καλῶν ζῴων. & hæc præterea quæ ex eo recitat Diodorus in Catena Combesij nondum edita ad Gen. 1. 2. ἡμεῖς ἐπιμνήσκωμεν πίνωμεν καὶ ἡμεῖς τὸ ἀληθινόν, τὸν υἱόν: Idem de Spiritu sancto decernere videtur, cum ait in Proœmio librorum ἀπὸ ἀρχῆν, juxta Rufini interpretationem: Tum deinde honore ac dignitate Patri ac Filio sociatum tradiderunt Spiritum sanctum. In hoc non jam manifeste discernitur utrum natus an innatus: & libr. 1. cap. 2. eodem Interprete: Ita ergo & ab eo (Patre) Filij substantia generatur: quod necesse est imprimis suscipi ab his, qui nihil ingenuum, idest innatum, præter solum Deum Patrem fatentur. Quod vertit Rufinus, natus an innatus, redditum est ab Hieronymo, factus an infectus: Hier. Epist. sic enim ille, errores libri primi ἀπὸ ἀρχῆν, recensens: Tertium dignitate & honore post Patrem & Filium asserit Spiritum sanctum: de quo cum ignorare se dicat, utrum factus sit an infectus; in posterioribus quid de eo sentiret expressit, nihil absque solo Deo Patre infectum esse confirmans. Scripsit nimirum Origenes, ἡμεῖς τὸν ἀρχαῖον, quemadmodum & Tom. 2. in Iohann. p. 57. ἐπεὶ δὲ ἐπαύλασμα δὲ τῆς πάντων δι' αὐτὸν ἡμεῶν, καὶ ἀνολουθείαν τοῦ πνεύματος ἡμεῶν ὄν, ἀπὸ τοῦ λόγου γενομένη, πᾶς οἰονεὶ ἀποδοῦναι τὸν γενοῦν ἢ ποιηθεῖν.

Quæ ab Ariariorum esse alluta sine causa Ge-

42
Genbr. in
causal.
De vit Ori-
gen. cap. 6.
Hier. Epist.
59. cap. 1.

nebrardus contendebat, ut apparebit ex sequentibus. Item paulo superius, *ως οραβίστες*, A
inquit, *αλλ' ουκ ωρεσίμαται τὸ πάτρων ὄψα τὸ λογμ γρομδρῶν, τὸ ἄριον πνεῦμα πάντων ἢ πρῶτον*
πνεῦμα, & τὸ ἐξ πάντων ἢ τὸ πᾶσι εἶς χρεῖται γαγγυμδρῶν & pag. 58. Tomi ejusdem: τὸ ὄψα
δι ἐπι πολυ εἰρηάζαται σταφύλεων ἰδίῃ βυλμδρῶν πῆς, εἰ πάντα δι αὐτὸν ἰσθῆτο, καὶ τὸ πνεῦμα ὄψα τὸ
λόγου ἰσθῆτο.

XXII. Atque hoc crimen magna contentione in Origene damnat Hieronymus, cre-
didisse ipsum dicens, *Christum Filium Dei non natum esse, sed factum*, atque idem de Spiritu
sancto decrevisse. Similiter Epiphanius Har. 64. cap. 4. *ἐν τῆς ἰσίας τῆς πατρὸς τῶν (ὕδων)*
εἰρηάζατο. *Ἐπὶ τὸν δὲ ἄμα βυλμδρῶν* *δι ὡς εἰρηάζαται τὸν ὕδων αὐτὸν ἐγλῆσθῆ λογμ*. Ex substantia Patris eum
(Filium) esse arbitratus (Origenes) sed nihilominus creatum. Vult autem quasi per gratiam Filium
ipsum appellatum dicere. & cap. 5. *φασκεῖται τὸν ὕδων τὸ θεῶ ἄλῆμα ἰδομῶντος, καὶ δῶ τῶς ἀεὶ τοῦ*
ὑδὸς τῶς ἰσίας ὅτι καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἄριον κρῖσθον εἰρηάζατο. Apertissime Filium Dei creaturam esse
asserat, & ab hac in Filium audacia nosce & pro re creata Spiritum sanctum habuisse: & cap. 8.
ὁπότι ἢ ἐκ πολλῶς τιποῖς εἰρηάζαται αὐτὸν ἢ μνογῶν θεῶν ἀπυλῆσθῆσθαι τὰ ἢ πατρὸς θεοῦ τῶς καὶ
ἰσίας, ὅπου τὸ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἄριον, τὸν καὶ ἰσθῆται τὸν ἰσθῆται θεῶν εἰρηάζαται ἄλῆμα, σαρῆς ἔστιν ἢ πνεῦμα
εἰρηάζατο. Quotiam autem in multis locis invenimus eum *Vnigenitum Deum segregantem à Patris divi-*
nitate & substantia simul vero & Spiritum sanctum *videlicet eum productum Deum dixisse liquet, quia*
creatum esse decernit. Iustinianus in Epist. ad Menam dixisse Adamantium asserit, *ἢ πὸ ὕδων,*
καὶ τὸ ἄριον πνεῦμα ἰσθῆσθαι εἰσθαι, & ὅπου κρῖσθον ἰσθῆται ὡς εἰς τὸ ὕδων, πῶς ὁ ὕδων ἔστι ὡς εἰς τὸ πατῆρα. Fi-
lium & Spiritum sanctum res esse creatas, quodque nos sumus ad Filium id Filium esse ad Patrem. Pho-
tius Cod. 58. scribit Origenem docuisse in 1. *ἀεὶ ἀρχῶν, ἢ μὴ ὕδων τὸν πατῆρα τῶν τοῦ ὕδων, τὸ*
δὲ πνεῦμα τὸν ὕδων. Filium esse à Patre factum, Spiritum sanctum à Filio. Quibus assentiuntur
Augustinus, Cedrenus, Suidas, Zonaras, & Nicetas.

XXIII. Si quæ tamen culpam hanc extenuare possunt, colligamus. Rufinus hujus hæ-
refeos virus libris Origenis aliena manu affusum existimabat: *Nunquid*, inquit, *in eodem*
opere ejusdem libri, interdum ut diximus, statim in consequenti capitulo oblitus sui esse potuit? verbi
caussa, ut qui superius dixerat nusquam inveniri in omni Scriptura ubi Spiritus sanctus factus vel creatus
esse diceretur, continuo subjiceret inter ceteras creaturas factum esse Spiritum sanctum & Similia regerit
Genebrardus. Didymus vero non eximia solum eruditionis homo, sed orthodoxæ etiam
fidei, scripta quidem ab Origene non negat quæ objici solent, sed in malam partem secti as-
ferit à malevolis, quæ recta poterant interpretatione defendi. Id priusquam aggredimur
facere, afferemus Origenis testimonia quædam, Catholica doctrina satis consentanea. Fi-
lium creatorem appellat libr. 7. in Epist. ad Rom. & à rebus creatis discrete secernit: *Nihil*
est, inquit, visibile, sive invisibile creatura, quod Filio possit adequari: nullo enim pacto Creatori suo
creatura potest conferri: & si Creator ipse donatus est nobis, quomodo non cum ipso creatura nobis dabitur?
& in Anacephaloxi libri 4. *ἀεὶ ἀρχῶν*: *Non enim dicimus, sicut Hæretici putant, Patris aliquam*
substantiam Dei in Filium versam, aut ex nullis subsistentibus Filium procreatum à Patre, idest extra
substantiam suam, ut fuerit aliquando quando non fuerit, sed abscisso omni sensu corporeo, ex invisibili
& incorporeo Verbum & Sapientiam genitam dicimus, absque ulla corporali passione, velut si voluntas
procedat à mente. Locum hunc capite 18. repetit Auctor libelli De Deitate & Incarnatione
Verbi ad Ianuarium, qui habetur in fine Tomi quarti Augustini. Atque hæc verba: *Aut ex*
nullis subsistentibus Filium procreatum à Patre, idest extra substantiam suam, ut fuerit aliquando quando
non fuerit, nemo non videt vel à Rufino fuisse interpretationi inexta, vel ab aliis Rufino
antiquioribus Græco ipsi contextui infarta contra Arium, quem Sozomenus ait
ἀεὶ πνεῦμα
παρ ἰσθῆται μὴ εἰρηάζαται τῶς ἰσθῆται ἐκ δαυλῶν τῶς ἀεὶ ἀρχῶν, ἢ τὸν ὕδων τὸν θεῶν ὅσα ὄντων γαγγυμδρῶν, καὶ
εἶναι ποτὶ ὅτι ὄψα τῶν. Primum in Ecclesi. ausum esse dicere, quod nemo ante illum dixerat, Filium scilicet
Dei ex non extantibus existisse, & fuisse aliquando cum nondam esset. Disertissima etiam hæc de
sancto Spiritu è libr. 1. *ἀεὶ ἀρχῶν*, cap. 3. Veruntamen usque ad presens nullum sermonem in Scri-
pturis sanctis invenire potuimus per quem Spiritus sanctus factura esse, vel creatura diceretur; ne eo qui-
dem modo quo de Sapientia referre Salomonem supra edocimus, vel quo de veritate, vel Verbo, aliisque appel-
lationibus Filij Dei intelligenda esse tractavimus. Atque hæc quidem è Rufiniani Interpretationibus deprompta testimonia, ut minus valida præmissimus, velut levioram quamdam arma-
turam. Sed jam cominus signa conferamus.

Aliquot attulimus locos, quibus in creaturarum rerum censum detrufi videntur ab Orige-
ne Filius & Spiritus sanctus, Priore, quem adducit Iustinianus, Filius dicitur *ἐκ θελήματι*
τῶ πατρὸς ἰσθῆται, σαρῆς εἰσθῆται πᾶσι εἰρηάζαται, ἰσθῆται. Respiciebat nempe ad illud Proverb. 8.
22. *ὁ θεὸς ἐκ πῶς με ἀρχῆν ὄδῶν αὐτῶν*. *Deus creavit me initium viarum suarum*. Ita nimirum reddi-
derant hunc versum Interpretes LXX, qui Ebraice habet *יָרָד פִּלְגָמִי מֵעַד*. Vertit Aquila:
ἐκ τῶν ὁδῶν αὐτῶν: & sic fortasse legendum quoque apud τῶς c. *hanc enim lectionem tueretur Ba-*
silius libr. 2 contra Eunomium, Gregorius Nyssenus libr. 1. contra eundem, & Hierony-
mus in Haic 26. 13. Quamquam & Chaldaeus, & Syrus, & Arabs, & maxima Patrum etiam

Rufin. de
adult. libr.
Orig.

Genbr. in
causal.
De vit Ori-
gen. cap. 6.

Soz. men.
lib. 1. cap. 5.